



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

III. Erzbischof Wigmann von Magdeburg weiht die Marienkirche zu Leitzkau, am 13. September 1155.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

III. Erzbischof Wigmann von Magdeburg weiht die Marienkirche zu Leitzkau,  
am 13. September 1155.

Wichmannus, D. G. Episcopus, tam presentibus quam futuris notum esse cupio, quod ego a confratre nostro Wigero, Venerabili Brandenb. episcopo, et a dilecto nostro Preposito Lamberto, invitatus et multum rogatus, ad consecrandam basilicam in Monte S. Mariae virginis Litzka, quam ego predictus Episcopus laeta celebritate, presentibus Marchione Alberto, cum uxore sua et filiis Ottone, Hermanno, Sigfrido, Henrico, Adelberto, Theodorico, et multis aliis Christi fidelibus, tam clericis, quam laicis, in honorem Dei Genetricis et virginis Mariae et S. Petri et S. Eleutheri, Episcopi et Martyris, quem tunc de Magdeburgk, in patronum adduci concessimus, et aliorum multorum Sanctorum consecravimus etc. Preterea duas decimas integras, excepta parte tertia, quae parochiano presbytero perfolvitur, in duabus villis, de bonis Marchionis Adalberti in Dorneburg, pertinentibus fratri nostro Wigero, Episcopo, pro eterna remuneratione datas etc. Actum A. MCLV. Indict. III. Epacta XXVII. concurrente V. Idus Septembr.

Buchholz I, 421. No. 19. Beckmann Anh. Geschichte I, 504.

Die Urkunde ist nur in diesen unvollständigen Mittheilungen bekannt.

IV. Markgraf Albrecht schenkt dem Kloster U. L. Frauen in Magdeburg das Dorf Brithzin,  
einen Theil der Elbinsel, einen Hof in Magdeburg und das Dorf Mose, um das Jahr 1155.

In nomine Sancte et Individue trinitatis. Adelbertus, diuina fauente clementia Brandeburgensis marchio. Nouerit fidelium tam presentium quam futurorum vniuersitas, qualiter ego adelbertus, dei gratia Brandeburgensis marchio, cum dilecta michi coniuge Sophia tam pro salute nostra quam predecessorum et posterorum nostrorum largitione legitime possessionis nostre tam hereditarie quam adquisite prebendam canonicorum ecclesie beate Marie Magdaburg augmentare curauimus. Vnde et obtuli eidem ecclesie voluntario assensu filiorum meorum, heinrici canonicj Sancti Mauritij in Magdaburg, Ottonis Marchionis, hermanni, adelberti, Theoderici et Bernhardj, Comitum, Villam Brithzin cum omnibus iure ad eam pertinentibus, molendinis et aquarum decursibus, exitibus, redditibus ceterisque pertinentiis suis et vtilitatibus tam agrorum quam nemorum. Preterea insule eidem ville adiacentis inter duas albis refluxiones partem michi pertinentem, excepta media parte silue, per nos fratribus de Liezeche collata. Nichilominus pari modo obtuli villam Clutzowe cum omnibus appendiciis suis et vtilitatibus tam agrorum quam nemorum: Curiam quoque in Magdaburg predictae ecclesie contiguam: ad hec supradicta villam Mose cum omnibus terminis suis, quam ab ecclesia Beati Mauricij in beneficio habui, domino meo Conrado Archiepiscopo Magdeburgensi ecclesie beate marie tradendam resignavi et vt traderetur obtinui. Decimationem quoque eiusdem ville iusto concambio ab halberstadtensi ecclesia commutatam necnon et decimationem in volcmaresthorp equali modo per manus episcopi eidem Ecclesie obtuli et memorato archiepiscopo banno suo confirmante idoneo testimonio in perpetuum stabiliui. Statui etiam, vt post decessum meum, si quis filiorum posterorumue meorum maior natu exstiterit, Aduocatiam super omnia hec uice mea teneat neque ipsam cuiquam